

*Mandato relativo alla confisca
degli animali e delle vettovaglie
presenti entro 30 miglia da Lucera.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Mandato relativo alla confisca
degli animali e delle vettovaglie
presenti entro 30 miglia da Lucera.*

1269-03-14

Karolus etc. Iustitiario eidem etc. Cum Nos... statuerimus quod nullus audeat Sarracenis de Luceria comitare vel aliqua victualia adportare, et quod omnia animalia de locis propinquis Lucerie per triginta miliaria... debeant removeri et ad loca tuta... adduci, ut ipsi Sarraceni sibi prodesse et nostris fidelibus obesse non possint; et propter fraudes quas dicuntur aliquibus commisisse et adhuc dicti Sarraceni animalia plurima acceperunt eundo ad loca remota...; idcirco, repetendo dictum statutum addimus et... mandamus quatenus... inquiras si aliqua animalia in locis propinquis Lucerie remanserint, et omnia que invenies remansisse capias ad opus Curie nostre... et capta mag. Massariis debeas assignare et.... nostro Camerario nunciare. Et ab omnibus illis, quos invenies... contra nostram prohibitionem aliqua animalia tenuisse que Sarraceni..., acceperint, quadruplum deo quod amiserint accipias.... Statuimus quod singule universitates die et nocte in passibus et locis competentibus... ordinent... personas..., que... videant transitum et reditum Sarracenorum nuncient locis vicinis, ut possint dictos Serracenos et victualia que adducunt capere et tenere; et qui hec fecerint a nostro Culmine premium reportabunt. Illos autem qui hec non facient... compellas.... ut nostre Curie tantum solvant quantum per eorum territoria adducetur, et ultra hec in personis et rebus aliis punientur. Que omnia statim facias publicari in... locis propinquis Lucerie per miliaria XXX, et ipsa statuta observes et facias inviolabiliter observari. [Datum Fogie, XIII martii, XII ind.].